

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Ad Quirites post reditum. Oratio XXVIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Ad Quir. post reditum. Fo. CLVII.

re, & Patrū cōscriptorū volūtate feci: si malui inimicorū cupiditati, q̄ Reip. & legitime auctori-
tati poenas sufferre: vt existimetis ex illo crudelissimo inimicorū impetu ereptū, in antiquū
statū dignitatis restitui cōuenire. Sed quoniam neq; mihi libere loquēdi, neq; vobis clemēter
audiēdi, neq; omnino iudicādi, paucorū furore, & audacia facta est potestas, sed oppressa est
Resp. armis, metu debilitata seruili, vti liberū sp̄ritū ducēdi nullā habeat potestatē, cedā in-
ermis armatis, innocēs nocētibus, priuatus furibūdo magistratui. Neq; em̄ Q. Metellus q̄cū
de virtute sua detraxit, q̄ cessit L. Saturnino furēti: neq; C. Cotta, q̄ Q. Varroni tribuno ple-
bis, inferiorē gnē orto cedēdū putauit: neq; C. Marius, q̄ quātas res gesserit, vestra vobis liber-
tas iudicio esse poterit. neq; vero M. Tullius suū animū a vestra abalienauit potestate, cum
pracipūū vobis obsidē sui animi, vestrā reliquerit libertatē. Quāobrē testor deos, deasq; oēs
immortales, vestrasq; maxime mētes, me nō vitæ turpitudine, nō pro magnitudine scelerū,
nō propter reliquē atatis infamiam, poenas iure & lege persoluere, sed propter virtutis inui-
diā, propter iucūdiissimā ingenii laudē, propter magnitudinē rerū gestarū, crudelissime ciui-
tate priuari. Quod si idē accidit Q. Cepioni, si Mācino, Statilio, mihi quoq; hoc accidisse nō
magnopere erit mirādū: cū presertim nō generis antiquitate, sed virtutis ornamētis summā
laudē sim cōsecutus. Nūc ego vos Equites Ro. obtestor, quorū virtute, nomē Romanū victo-
riā cū laude possidet cōiunctā, quorū factis gloriant̄ ciues, letant̄ socii, gemūt hostes: vt si er-
ga vos omni tēpore optime fui animatus: si mea pericula neglexi, dū timorē a patria propul-
sarē: si æque liberis vestris prospexi, ac vos parētibus cōsuectis: vt nunc me velitis vestris opi-
bus defensum, incolumē ī hac ciuitate retinere, q̄ cū a scelerata cōiuratiōe esset incēsa, meo lu-
ctu ac labore restincta est: nec patiamini me a liberis meis abstractū, a cōiuge abreptū, ab aris
focisq; innocētē proiectū, vitā degere in exilio, miserrimū mortalīs casum subire. Proiciēt Tul-
lius in exiliū, itaq; nimirū innocens ab inimico, religiosus a scelerato, beneuolus huic ciuita-
ti ab hoste. O misera vitæ ratio, quæ tandiu resides in voluptate, q̄ diu fortunę poscit libido,
ego ne inimicus huic ciuitati: quāobrē: quia inimicos necaui, ego ne hostis: quid ita: quia ho-
stes interfeci. Eheu conditionē huius tēporis, antea gloria & laude dignissimi ducebant̄, qui
hec perfecerūt, nūc scelerati & parricidæ esse dicunt̄, q̄ hæc administrarūt. sint sane scelerati:
superet istorū victoria, si modo victoria appellāda est, ī qua ciuitatis inest luctus: habeāt hęc
palmā ex innocētis cruore. tantū a vobis illud Equites Ro. peto, & rogo, vt quē sæpenumero
vestra laude cohonestatis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

Ducere sp̄-
ritū liberū

Eheu con-
ditionem,

AD QVIRITES POST REDITVM. ORATIO. XXVIII.



QVOD PRECATVS A IOVE OPTIMO MAXIMO, CAE-
terisq; diis immortalib⁹ sum Quirites, eo tēpore, cū me, fortunaſq;
meas p̄ vestra incolumitate, otio, cōcordiaq; deuoui, vt si meas ra-
tiones vnq; vestrę saluti anteposuissem, sempiternā poenā sustinerē
mea volūtate susceptā: sin & ea, quę ante gesserā, cōseruandę ciuita-
tis causa gessissem, & illā miserā profectiōnē, vestrę salutis gratia sus-
cepissem, vt qd̄ odiū scelerati hoīes, & audaces in Rēp. & in oēs bo-
nos cōceptum iandiu continerēt, id in me vno potius, q̄ in optimo
quoq; & in vniuersa ciuitate deficeret: hoc si animo in vos, liberof
q; vestros fuisset, vt aliquādo vos, Patresq; cōscriptos, Italiāq; vni-

uersam, memoria mei, misericordiā, desideriiq; teneret: eius deuotionis me esse conuictū iu-
dicio deorū immortalū, testimonio Senatus, cōsensu Italiæ, cōfessione inimicorū, beneficio
diuino immortalisq; vestro, maxime letor Quirites. Et si homini nihil est magis optādū, q̄ p̄-
spera, æquabilis, perpetuaq; fortuna, secūdo vitę sine vlla offensione cursu, tamē si mihi tran-
quilla, & placata oīa fuissent, incredibili quadā, & pene diuina, qua nūc vestro bñficio fruor,
lætitiæ voluptate caruissem. Quid dulcius hominū generi a natura datū est, q̄ sui cuiq; libe-
ri: mihi vero, & propter indulgentiā meā, & propter excellens eorū ingenium, vita sunt mea
chariores. tñ nō tāta voluptate erāt suscepti, quanta nūc sunt restituti. Nihil cuiq; fuit vnq;
iucūdi⁹, q̄ mihi meus frater. nō tā id sentiebā cū fruebar, q̄ tūc, cū carebā, & posteaq; vos me
illi, & mihi eū reddidistis. Res familiaris sua quęq; delectat. reliquæ meæ fortunæ recuperatę
plus mihi nūc voluptatis afferūt, q̄ tūc incolumi afferebāt. Amicitie, cōsuetudines, vicinīta-

Fortuna
æquabilis
opranda,

Oratio

res, clientelæ, ludî deniq; & dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, q̄ fruendo. Iam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, q̄q̄ mihi semper clarissima visa sunt, tamē ea nunc renouata illustriora vident, q̄ si obscurata nō essent. Ipsa autē patria, dii immortales, dici vix potest, quid charitatis, quid voluptatis habet. quæ species Italiæ: quæ celebritas oppidorū: quæ forma regionū: quæ agrî: quæ fruges: quæ pulchritudo vrbis: quæ humanitas ciuiū: quæ Reip. dignitas: quæ vestra maiestas: quibus ego oībus antea rebus sic fruebar, vt nemo magis. sed tãq̄ bona valetudo iucundior est eis, qui e graui morbo recreati sunt, q̄ qui nūq̄ agro corpore fuerūt: sic ea omnia desiderata magis, q̄ assidue percepta, delectant. Quorsum igitur hæc disputatio: quorsum: vt intelligere possitis, neminē vnq̄ tanta eloquentia fuisse, neq; tam diuino atq; incredibili genere dicendi, qui vestrorū magnitudinē multitudineq; beneficiorū, quæ in me, fratresq; meū, liberosq; nostros cōtulistis, nō modo augere, aut ornare oratione, sed enumerare, aut cōsequi possit. A parentibus, id qd̄ necesse erat, paruus sum procreatus. a vobis natus sum Cōsularis. Illi mihi fratrem incognitū qualis futurus esset, dederūt. vos spectatū & incredibili pietate cognitū reddidistis. Rēp. illis accepi tēporibus eā, quæ pene amissa est. a vobis eam recuperaui, quā aliquādo oēs vniū opera seruata iudicauerūt. Dii immortales mihi liberos dederūt. vos reddidistis. multa præterea a diis immortalib; optata consecuti sumus. nisi vestra voluntas fuisset, omnibus diuinis muneribus caruissem; vestros deniq; honores, quos eramus gradatim singulos affecuti, nunc a vobis vniuersos habemus. vt quantum antea parentibus, quantum diis immortalibus, quātum vobismetipsis, tantū hoc tēpore vniuerso cuncta Populo Ro. debeamus. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, vt eam cōplecti oratione non possim: tum in studiis vestris tāta animorum declarata est voluntas, vt non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatē auxisse videamini. Non enim pro meo reditu, vt P. Popiliū nobilissimū hominis adolentes filii, & multi præterea cognati, atq; affines deprecati sunt: non, vt pro Q. Metello clarissimo viro iā spectata ætate filius, non L. Dalmaticus Cōsularis, summa auctoritate vir, non Q. Metellus Censorius, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum Cōsulatū petebat: non sororum filii Luculli, Seruiliū, Scipiones: permulti enim tum Metelli, aut Metellorum liberi pro Q. Metelli reditu vobis, ac patribus vestris supplicauerunt. q̄ si ipsius summa dignitas, maximeq; res gestæ non satis valerent, tamen filii pietas, propinquorum preces, adolentium squalor, maiorum natu lachrymæ, Populum Ro. mouere potuerunt. Nam C. Marii, qui post illos veteres clarissimos Cōsulares, vestra patrumq; memoria, tertius ante me Cōsularis, subiit indignissimā fortunam pstantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio. Nō. n. ille deprecatione rediit, sed in dissensu ciuium, exercitu se, armisq; reuocauit. Me autē nudū a propinquis, nulla cognatione munitū, nullo armorū ac tumultus metu, Cn. Pisonis generi mei diuina quædā & inaudita auctoritas, atq; virtus, fratrisq; mei miserrimū, atq; optimū quotidianæ lachrymæ, sordesq; lugubres a vobis deprecate sunt. Frater erat vnus, q̄ suo squalore vestros oculos inflecteret: qui suo fletu desiderium meū, memoriāq; renouaret: q̄ statuerat Quirites, si vos me sibi nō reddidissetis, eandē subire fortunā: & tāto in me amore extitit, vt negaret fas esse nō modo domicilio, sed ne sepulcro quidem se a me esse seicūtū. Pro me p̄sente Senatus hominūq; p̄terea viginti millia vestē mutauerūt. p̄ eodē me absente vniū squalorē sordesq; vidistis. Vnus hic q̄ domi, q̄ in foro posset esse, mihi pietate filius inuentus est, beneficio parēs, amore idem, qui semp fuit frater. Nam cōiugis miseræ squalor, & luctus, atq; optimæ filie mœror assiduus, filiiq; parui desiderium meū, lachrymæq; pueriles, itineribus necessariis, aut magnam partem lectis, ac tenebris continebātur. Quare hoc maius est in nos vestrum promeritum, q̄ non multitudinē propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis. Sed quemadmodū propinquū, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandā calamitatem meam nō affuerūt: sic illud, qd̄ mea virtus prestare debuit, adiutores, auctores, hortatoresq; ad me restituendū ita multi fuerūt, vt lōge superiores oēs hac dignitate copiaq; superarem. Nūq̄ de P. Popilio clarissimo, atq; fortissimo viro, nūq̄ de Q. Metello nobilissimo, & cōstātissimo ciue, nunq̄ de C. Mario custode ciuitatis, atq; imperii vestri, in Senatu mētio facta est. Tribunitiis superiores illi rogationibus, nulla auctoritate Senatus sunt restituti. Marius vero non modo nō a senatu, sed etiam oppresso Senatu est restitutus. nec rerum gestarum in reditū C. Marii memoria, sed exercitus atq; arma valuerunt. at de me vt valeret, semper se natus flagitauit: vt aliquando perficeretur, cum primum licuit, frequentia, atq; auctoritate

Similitudo,

Nudus a propinquis,

Vestē mutare,

Tectis,

Id Quir.

Id Quir. post reditum. Fo. CLVIII.

perfecit. nullus in eorū reditu motus municipiorū, & coloniarū factus est. at me in patriā ter
 suis decretis Italia cūcta reuocauit. Illi inimicis interfectis magna tū ciuū cade facta reducti
 sunt. ego iis a qb⁹ eiectus sum, puincias obrinētib⁹, inimico hoc optimo viro, & mirissimo al
 tero cōsule referēte reductus sum: cū is inimicus, q ad meā perniciē vocē suā cōmunibus ho
 stibus prēbuisset, si ritu & dūtaxat viueret, re qdē infra oēs mortuos amandatus esset. Nunq̄
 de Popilio L. Opimius fortissimus Cōsul: nunq̄ de Q. Metello nō modo C. Marius q erat ini
 micus, sed ne is qdem, qui secutus est, M. Antonius homo eloquētissimus, cū A. Albino Col
 lega Senatū, aut populū est cohortatus. at pro me superiores Cōsules semp vt referrent effla
 gitati sunt. sed veriti sunt ne causa gratiā facere viderent, q̄ alter mihi affinis erat, alterius
 causam capitis receperā: q̄ prouinciarū fœdere irretiti, totū illū annū querelas Senatus, luctū
 bonorū, Italię gemitū pertulerūt. Calēdis vero Ianu. postea q̄ orba Resp. Cōsulis fidē tanq̄ le
 gitimi tutoris implorauit, P. Lētulus Cōsul parēs, deus, salus nostrę vitę, fortunę, memorię,
 nominis, simulac de solenni religione retulit, nihil humanarū rerū sibi prius, q̄ de me, agēdū
 iudicauit. atq̄ eo die cōfecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quē ego maximis beneficiis que
 storē Cōsul ornauerā, cū & cunctus ordo, & multi eū summi viri orarent, & Cn. Oppius so
 cer, optimus vir, ad pedes flens iaceret, noctē sibi ad deliberandū postulasset: que deliberatio
 nō in re delenda, quēadmodū nōnulli arbitrabant, sed vt patefactū est, in augenda mercede
 cōsumpta est. postea res acta est in Senatu alia nulla, cū variis rationibus impediret, & volū
 tate tamē perspecta Senatus, causa apud vos mēse Ian. deferebat. Hic rātū interfuit inter me
 & inimicos meos. ego cū hoīes in tribunali Aurelio palā cōscribi, cēturiariq̄ vidissem: cū in
 telligerē veteres ad spem cādīs Catilinę copias esse reuocatas: cū viderem ex ea parte hoīes,
 cuius partis principes nos numerabamur, partim q̄ mihi inuiderēt, partim q̄ sibi timerent,
 aut proditores esse, aut defertores salutis meę: cū duo cōsules empti pactione prouinciarū,
 auctores se inimicis Reip. tradidissent: cū egestatē, auaritiā, libidines suas viderēt expleri nō
 posse, nisi me cōstrictū domesticis hostib⁹ dedidissent: cū Senatus Equitesq̄ Ro. flere pro me
 ac mutata veste vobis supplicare edictis atq̄ imperiis vetarent: cū omnū puinciarū pactio
 nes, cū oīa cū oībus fœdera, recōciliationes gratiarū, sanguine meo sancirent: cū oēs boni nō
 recusarent, quin vel pro me, vel mecum perirēt: armis decertare pro mea salute nolui, qd̄ po
 tui, quoniā & vincere, & vinci luctuosum Reip. fore putauī. At inimici mei mēse Ianu. cum
 de me agerēt, corporibus ciuū trucidatis, flumine sanguinis meū reditū intercludendū pu
 tauerūt. itaq̄ cū ego abfui, eam Rēp. habuistis, vt æque me, atq̄ illā restituēdā putaretis. ego
 aut in qua ciuitate nihil valeret Senatus, oīs esset impunitas, nulla iudicia, vis, & ferrū in fo
 ro versarent, cū priuati se parietū prēsidio nō legū tuerent, Tribuni ple. vobis inspectatibus
 vulnerarent, ad magistratuū domos cū ferro, & facibus iret, Cōsulis fasces frangerent, deorū
 immortalū tēpla incenderent, Rēp. nullā esse putauī, itaq̄ neq̄ Rep. exterminata, mihi locū
 in hac vrbe esse duxi: nec si illa restitueret, dubitauī quin me secū ipā reduceret. An ego cum
 mihi esset exploratissimū, P. Lentulū proximo anno Cōsulē futurū, qui illis ipsis Reip. pericu
 losissimis tēporibus Aedilis curulis me Cōsule omnū meorū consiliorū particeps, periculo
 rūq̄ socius, fuisset: dubitare quin is me cōfectū Consularibus vulneribus Cōsulari medicina
 ad salutē reduceret! Hoc duce, collega aut eius clemētissimo, atq̄ optimo viro primo nō ad
 uersante, post etiā adiuuante, reliqui magistratus pene oēs fuerūt defensores salutis meę. ex q̄
 bus excellenti animo, virtute, auctoritate, prēsidio, copiis, T. Annius, & P. Sextius, prastanti
 in me beneuolentia, & diuino studio extiterūt. eodēq̄ P. Lentulo auctore, & pariter referente
 Collega, frequētissimus Senatus vno dissentiente, nullo intercedente, dignitatē meā qbus po
 tuit verbis amplissimis, ornauit: salutē vobis, municipiis, coloniisq̄ oībus commendauit. ita
 me nudū a propinquis, nulla cognatione munitū, cōsules, Prętores, Tribuni plebis, Senatus,
 Italia cuncta semper a vobis deprecata est: deniq̄ oēs, q̄ vestris maximis beneficiis honoribus
 q̄ sunt ornati, pducti ad vos ab eodē, nō solū ad me cōseruādū vos cohortati sunt, sed etiā
 rerū mearū gestarū auctores, testes, laudatoresq̄ fuerūt. Quorū princeps ad cohortādos vos
 & rogandos fuit, Cn. Pompeius, vir omnū, q̄ sunt, fuerūt, erunt, virtute, sapientia, ac gloria
 princeps, qui mihi vnus vni priuato amico, eadē oīa dedit, que vniuersa Reip. salutē, orium,
 dignitatem, cuius oratio fuit, quēadmodum accepi, tripartita, Primum vos docuit: meis cō
 filiis Remp. esse seruata: causamq̄ meā cum cōmuni salute cōiunxit: hortatusq̄ est, vt aucto
 ritatem Senatus, statum ciuitatis, fortunas ciuis benemeriti defenderetis, tum in prorando

Amadatus

Parēs, de⁹,
salus no
stra vitæ
&c.

Cēturiari.

Nudus a
ppinquis.
Deprecata
est me a vo
bis.

Cn. Pom
peius.

Oratio

posuit: vos rogari a senatu, rogari ab equitibus, rogari ab Italia cuncta. denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solum, verum etiam obsecrauit. Huic ego homini Quirites tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est. Huius consilia, P. Lentuli sententia, Senatus auctoritate vos secuti, in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram, iisdem Centuriis, quibus collocatus, reposuisti. Eodem tempore audistis eodem ex loco summos viros, ornatissimos, atque amplissimos homines, principes civitatis, omnes Consulares, omnes pretorios eadem dicere, ut omnium testimonio per me unum Respublicam conseruata esse constaret. Itaque cum P. Seruilius grauisimus vir, & ornatissimus civis dixisset, opera mea Respublicam, incolumem magistratibus deinceps tradita: dixerunt in eandem sententiam ceteri. sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gellii: qui quia suam classem attentatam magno cum suo periculo pene sensit, dixit in concione vestra: si ego Consul, cum fui, non fuisset, Respublicam funditus interitura fuisse. En ego tot testimoniis Quirites, hac auctoritate Senatus, tanta consensione Italiae, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus fauentibus, diis denique immortalibus frugum ubertate, copia, vilitate, reditum meum comprobantibus, mihi, meis, Reipublicae, restitutus, tantum vobis, quantum facere possum Quirites, pollicebor, primum qua sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse solent, eadem me erga populum Romanum semper fore: numquam vestrum aequae mihi graue, & sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum. deinde, quoniam me in civitatem Respublicae ipsa reduxit, nullo me loco Reipublicae defuturum. Quod si quis existimat, me aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. mihi quod potuit vis, & iniuria, & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit, quod viro forti adimi non potest, id mihi manet, & permanebit. Vidi ego fortissimum virum municipem meum, C. Marium, quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate, non solum cum his, qui haec delere voluissent, sed etiam cum fortuna, belligerandum fuit: etiam tamen vidi cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renouato, quem egomet dicere audivi, tum se fuisse miserum, cum caret patria, quam obsidione liberauisset: & cum sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret: cum adolescentem filium videret eiusdem socium calamitatis: cum in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conseruaret: cum parua nauicula traiectus in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos supplex, inopsque venisset, recuperata vero sua dignitate, se non commissurum, ut cum ea, quae amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. Sed hoc inter me, atque illum interest: quod ille, qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est, armis. ego qua consueui utar pietate: quoniam illi arti in bello, ac se ditione locus est, huic in pace, atque otio. quod ille animo irato nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat. ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi Respublica permittet, cogitabo. Denique Quirites, quoniam me quattuor omnino genera hominum violarunt: unum eorum, quod odio Reipublicae, quod eam ipsis inuitis, conseruata, inimicissimi fuerunt: alterum qui per simulationem amicitiae, nefarie me prodiderunt: tertium, quod cum propter inertiam suam, eadem assequi non possent, inuiderent laudi, & dignitati meae: quartum, quod cum custodes Reipublicae esse debuerunt, salutem meam, statum civitatis, dignitatem eius imperii, quod erat penes ipsos, vendiderunt: sic vlciscar facinora singula, quemadmodum a quibus sum prouocatus: malos ciues, Respublicam benegerendo: perfidos amicos, nihil credendo, atque omnia cauendo: inuidos, virtuti & gloriae seruido: mercatores prouinciarum, reuocando domum, atque ab iis prouinciarum rationem repetendo. Quod mihi maiori curae est, quemadmodum quidem vobis, quod de me estis optime meriti, gratiam referam, quam quemadmodum inimicorum iniurias, crudelitatemque persequar. etenim vlciscendae iniuriae facilior ratio est, quam beneficium remunerandi, propterea quod superior esse contra improbos, minus est negotium, quam bonis exequari. tum etiam nec tam necessarium quidem est, male meritis referre quod debeas, quam ut bene meritis colas. Odiu vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipublicae, communique utilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari. bene meritis quin colas, nec exorari fas est: neque id Reipublicae repetere vlciscere necessarium est, neque est excusatio difficultatis, neque aequum est tempore, & die memoriam beneficii definire. potestremo qui in vlciscendo remissior fuit, mox aperte laudatur. at grauisime vituperatur, quod in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior: neque solum ingratus, quod ipsum graue est, verum etiam impius appelletur necesse est. Atqui in officio persoluendo dissimilis ratio pecuniae debite est: propterea quod pecunia quae retinet, non dissoluit: qui reddidit, non habet. gratiam, & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit. Quapropter memoriam vestri beneficii colam

Rogare.
Obsecrare.

Fatalis necessitas.

Cice. gratia hominum quattuor violarunt.

Facilius vlcisci quam gratias referre. Odiu mitigatur.

Gratia referenda, & pecuniae debita, ratio dissimilis.

Post redi

beneficia sempiterna, ut
fit in me beneficii primum
habebit neque in ceteris
animis in ceteris
liberantur in pietate
heri dederat. ut hoc
ri immortali vim & numerum
deus quae in digne

POST RE



bere dederat, ut ab us nobis
les, quae beneficia & leges
noribus in amplissimo colli
ce collocari sumus. hanc
frat. immortali vim & numerum
sa. potentia beneficia, deus
dica, nobis oia vno tempore
parentibus, oia diis immort
niueria per vos recuperat
ros adepti videmus, quod et
na moria: qui illo ipso tempore
discessum meum vultum me
habuit ille postquam annu
salutis meae, postquam vultu
Rempublicae, lacerate non possit
ab his consulibus, qui vultu
et, ut ille ipse annu, qui
promulgant de salute me
tuentes, impediunt leges
mulgunt, ut si reuoluerit
& se illorum vultu desiderat
res Respublicae, vultu
ne civitatis, non leges prae
neque solum parentibus prae
liberemini caput meum prae
re coniungere. Postquam vero
ris anni caligine, & tendent
homini, atque optima vultu
des Respublicae, subuoluerit, vultu
colori, ois memoria tacite
fas de salute mea fuit, ut
dem mente quid inter me
dederat, ne propter me civitatem

Post reditum in Senatu. Fo. CLIX.

beneuolentia sempiterna, non solum dum anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, semperque preestabo: mihi neque in consiliis de Republica capiendis, diligentiam: neque in periculis a Republica propulsandis animam: neque in sententia simpliciter referenda, fide: neque in hominum voluntatibus pro Republica laedendis, libertate: nec in profecto labore, industria: nec in vestris commodis augendis, gratiam animi beneuolentiam futuram. atque haec cura Quir. erit infixa a meo sempiterna, ut cum vobis quae apud me deorum immortalium vim & numerum teneris, tum posteris vestris, cumque gentibus, dignissimum ea ciuitate, videar quae suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragiis iudicauit.

Exuperabo
anima.
Repromitto.

POST REDITVM IN SENATV. ORATIO. XXIX.



PATRES Cōscripti p vestris immortalibus in me, fratresque meū, liberosque nostros meritis, parū vobis cumulate gratias egero, queso, obtestorque, ne meae naturae potius, quam magnitudini vestrorum beneficio rui id tribuendum putetis. quae enim tanta potest existere vbertas ingenii: quae tanta dicendi copia: quae tanta diuinum, atque incredibile genus orationis: quo quisque possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti oratione, sed percensere numerando: quae mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parentes, nobis liberos, quae ordinem, quae fortunas, quae amplissimam Rempublicam, quae patriam, qua nihil potest esse iucundius, quae denique nosmetipsos nobis reddidistis. Quae si parentes charissimos ha-

P. C. Quir.

Parentes
charissimi
habendi.

bere debemus, quae ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est: si deos immortales, quorum beneficium & haec tenuimus, & ceteris rebus aucti sumus: si populum Romanum, cuius honoribus in amplissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis, atque in hac omnium terrarum arce collocati sumus: si hunc ipsum ordinem, a quo saepe magnificentissimis decretis sumus honestati: immensum quiddam, & infinitum est, quod vobis debeamus: quae vestro singulari studio atque consensu, parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me multa iudicia, nobis omnia vno tempore reddidistis, ut cum multa vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debeamus, haec antea singula per illos habuerimus, nunc vniuersa per vos recuperauimus. Itaque P. C. quod ne optatum quidem est homini, immortalitatem quaedam per vos adepti videmur, quod enim tempus erit vniuersum, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria, ac fama moriatur: qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non multo post discessum meum vniuersi me reuocauistis, referete L. Mumio fortissimo, atque optimo viro: quem habuit ille pestifer annus maxime fidelem, & minime timidum si dimicare placuisset, defensorem salutis meae. posteaque, vobis potestas decernendi non est permessa per eum Tribunum plebis, quae cum per se Rempublicam, lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit, nunquam de me siluistis, nunquam meam salutem non ab his consulibus, qui vendiderant, flagitauistis. Itaque vestro studio, atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus, quem ego mihi, quam patriam malueram esse fatalem, hos Tribunos haberet, qui promulgarent de salute mea, & ad vos saepe numero referrent. nam consules modesti, legumque metuentes, impediabant legem, non ea quae de me, sed ea quae de ipsis lata erat. cum meus inimicus promulgauit: ut si reuixissent hi, quae haec pene delerunt, tum ego redire, quo facto vtriusque confessus est, & se illorum vitam desiderare, & magno in periculo Rempublicae futuram, si aut hostes, atque interfectores Reipublicae, reuixissent, aut ego non reuertissem. Itaque illo ipso anno, cum ego cessissem: principes autem ciuitatis, non legum praesidio, sed parietum vitam suam tuerent: Respublica sine consulibus esset: neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata: sententias dicere prohiberemini: caput meum proscriptionis recitaret: nunquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere. Postea vero quam singulari, & praestantissima virtute P. Lentuli Consulis, ex superioris anni caligine, & tenebris luce in Republica. Cal. Ian. respicere coepistis: cum Q. Metelli nobilissimi hominis, atque optimi viri summa dignitas, cum praetorum, Tribunorum pene omnium virtus, & fides Reipublicae subuenisset: cum virtute, gloria, rebus gestis, Cn. Pompeius omnium gentium, omnium seculorum, omnis memoriae facile princeps, tuto se in senatum venire arbitraret: tantus vester consensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriam reuertisset. Quo quidem mense quid inter me & meos inimicos interesset, existimare potuistis, ego meam salutem deserui, ne propter me ciuium vulneribus Respublica, cruentaretur, illi meum reditum non populi Romani sus-

Fatalis anima

Metuetes legum

Cn. Pompeius